



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quænam res Ecclesiæ in Feudum dari possint, vel non possint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

munis agnationis fuerat, est acquisitum, ac nonnunquam etiam feudum paternum dicitur; & in feudum novum, quod primò alicui acquisitum est. Secundò dividitur in feudum hæreditarium, quod absolute alicui pro se, & hæredibus suis, etiam extraneis, conceditur; in feudum ex pacto, & providentia, quod concessum est alicui pro se, & liberis tantum, nullâ mentione factâ hæredum; & in mixtum, quod de utroque participat, ut si alicui concessum sit feudum pro se, a filiis, ac hæredibus, ita ut successor in tali feudo, debeat primi Vasalli & filius esse, & hæres. Tertio dividitur in feudum Ecclesiasticum, quod Ecclesia dat, vel accipit ab alio, aut Clericus, ut clericus, concedit; & sæculare, quod à sæcularibus datur & recipitur (quamvis aliqui dicant, in discernendo Ecclesiastico à feudo sæculari attendendam esse primam originem, sive à quo primùm feudum tale concessum est, ita ut sæculare dicatur, quod primò concessum est à Principe sæculari, etiam si postmodum ab Ecclesia feudataria in alium transferatur) quæ res denique in Masculinum, quod ad solos mares transit, & in Femininum, quod etiam in feminas transit.

§. II.

Quenam res Ecclesia in Feudum dari possint, vel non possint?

Res sacras & spirituales in feudum concedi non posse, cum non sint in commercio hominum, ex dictis jam patet, nisi accessione tantum, rei alicui mobili sæculari in feudum concessæ, unita sit, & cum Universitate transeat, prout

de iure Patronatus, castro alicui, et prædio annexo, conceduntur. Aliæ vero bona Ecclesiastica sine solemnitate non alienandum hæc talia requisita sunt, ut feudum concedi non posse, cum tamen in feudatio sit alienatio, ex dictis etiam patet, nisi fiat talis in feudatio de hoc jam ab antiquo in feudati solitis, hinc nunc tamen ad Ecclesiam revertis, prout supra de Emphyteusi dictum, & sequenti §. plus patebit.

§. III.

In quibus casibus feudum Antiquum ad Ecclesiam reversionem de novo feudum concedi potest, non obstante juramento de non infeudando de novo res Ecclesia?

Feudum Antiquum ab Ecclesia dicitur concessum, si ob delictum Vasalli ad Ecclesiam redeat, de novo iterum in feudum concedi potest, non obstante juramento, de non infeudando, quidem etiam Filio Vasalli, ex cap. 2. h. e. patet. modò illæ conditiones observentur, quas observandas supra dictum, in concedenda Emphyteusi in emphyteuticari solitis. Imò ex hoc cap. etiam patet, quòd Ecclesia potest latus, si rem in feudum concessam de novo tamen ob delictum Vasalli non facile recuperari possit à Vasallo aut alio tertio, in quem, infra Ecclesiam rem feudalem alienavit Vasallus, post nullis aliis adhibitis solemnitatibus, & nihil obstante juramento suo, in feudum concedere potentiori alicui Laico, qui feudum hoc à Vasallo, qui deliquit, recuperet, & postmodum ab Ecclesia